Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sup te gentem de longinquo et
de extremis terre finibus sicut
festinat aquila nolans cum
impetu cuius linguam intelligere
non possis gentem procacissimam
que non deferat senii nec misereatur
puero et deuoret fructum iumen
torum tuorum ac fruges terre tue
donec intereas et no relinquat tibi
frumentum vinum et oleum armen
ta boum et greges ouium donec
te disperdat et conterat in cunctis
urbibus tuis. et destruant muri
tui firmi atq; sublimes in quibus
habes fiduciam. Et omni terra tui
obsidebitur intra portas tuas omni
terra tua quam dominus deus tuus
dabit tibi et comedes fructus ui
tui et carnes filiorum tuorum et fi
liarum tuarum quas dederit tibi
dominus deus tuus in angustia
et vastitate qua opprimet te hos
tis tuus. Homo delicatus inter
uirginis suis valde mundebit fratri
suo et uxori que cubat in sinu suo.
ne eis de carnibus filiorum su
orum quas comedit eo quod nic
hil aliud habeat in obsidione et pe
nuria qua vastauit te inimicus
tuus intra omnes portas tuas. Le
nera mulier et delicata que nisi
di super terram ire nolebat nec pe
dis vestigium figere propter mol
liciem et teneritudinem inuidiam
inuidebit uiro suo qui cubat in
sinu eius super filio et filie carnibus
et illuuie secundinarum que e
gredientur de medio feminum eius
et super filiis qui eadem hora na
ti fuerint. Comedent enim eos clam
propter rerum omnium penuriam
in obsidione et vastitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas
tuas. Si cuiquam dixeris et fecerit
omnia verba legis huius que scripta sunt in hoc voluimine et timu
eris nomen eius gloriosum et terri
bile. hoc est dominum deum tuum
augebit dominus plagas tuas.
et plagas seminis tui plagas ma
gnas et perseuerantes infirmitates
pessimas et pertinaces. et conuertet
tur omnes afflictiones egypti quas
timuisti et adherebunt tibi. Insu
per uniuersos languores et plagas que
non sunt scripte in voluimine legis
huius induet dominus super te
donec te conterat. et remanebitis
pauci numero qui prius eratis
sicut astra celi premultitudine qua
nam non audisti uocem domini
dei tui. Et sicut ante letatus est
dominus super uos bene uobis fa
cere. uos sic multiplicans sic letabi
tur disperdens uos atq; subuertens
ut auferamini de terra ad quam
ingredieris possidendam. Dispe
get te dominus in omnes populos
a summitate terre usq; ad terminos
eius et seruies ibi diis alienis
quos et tu ignoras et patres tui
ligno ac lapidibus. Inter genibus
quoq; illis non quiesces neq; erit
requies vestigio pedis tui. Dabit
enim tibi dominus ibi cor pauen
dum et deficientes oculos et a
minam mente consumptam
et erit vita tua quasi pendens
ante te. timebis nocte et die
et non credes vite tue. Mane